



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

1 Parochus ad sumendos ordines impeditus, vt restituendus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

si sic suspensus presbyteratus ordinem suscipiat, irregularis efficitur.

- \* 59 Capellani in Capella Papa obtinēs, ad illius titulum, qui morte concedentis extingui non solet, ordinari potest.
\* 60 Promotus ad presbyterium titulo sui patrimonij, illud postea renuncians in censuram non incidit.
\* 61 Ordinatus ad ordines Minores per falsas dimissorias, & postea per veras ad Subdiaconatum, censuram aliquam non incurrit.
\* 62 Ignorantia probabilis episcopum ordinantem subditum alienum a suspensione excusat.
\* 63 Occultum ob crimen clericis secularis non potest ab episcopo impedi ab ordinis susceptione secus in clerico regulari.
\* 64 Notorius talis in uno loco, puta excommunicatus, & concubinarius, est ubique talis, & sine peccato potest, ut talis alijs ignorantibus revelari.
\* 65 Capitulum intra annum a die vacationis sedis episcopalis litteras dimissorias, seu Reverendas dare non potest, sed bene post illum.

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 1. de in integ. rest. & 17. & 6. de Sac. non iter.

Parochus intra tempus, quo promoueri tenetur, legitime impeditus, cessante impedimento, quoad vtrumque forum, non alium annum integrum, sed tantum complementum partis anni, in qua legitime impeditus fuit, ad promouendum acquirit. Arg. c. 1. de test. in integ.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 7. de offic. iud. deleg.

Predicare sacri alicuius orationis actus non est, unde & laicus ex licentia Episcopi, aut parochi publice munus concionandi exercere potest, & sine eorum licentia, nec Diaconus, nec Sacerdos simplex ecclesiam curatam non habens, predicare valet. ca. Adjicimus, 16, qu. 1. & Naua. in Man. c. 25. nu. 145.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 5. de atat. & qual. ord.

Relatus Ecclesie collegiate curate, quamuis aliquo iure, intra certum tempus Sacerdotium suscipere, sub poena priuationis ipso iure incurrenda, non tenetur: a Superiore tamen monitus, proximis a iure statutis temporibus promoueri debet. cap. Cum in cunctis. §. inferiora, de elec. & Panor. ibid.

DECISIO IV.

Relatus Collegiate iusta de causa Episcopo suo inueniatus, a residentia excusatur, & tuta conscientia fructus percipere potest. cap. Ad audientiam. de cle. non resid. & Pan. ibi.

DECISIO V.

Ex cons. 4. alias 8. de privileg.

Episcopus quocumque Canonicos & dignitates, & alios Clericos exemptos, & non exemptos, ad curam animarum exercendam constitutos, quoad inhabilitatem eorum, non obstante quocumque privilegio, aut consuetudine in contrarium examinare, & visitare potest, Ita Conc. Trid. sess. 14. ca. 3. de ref. & sess. 24. cap. 18. de ref. & sess. 25. c. 11. de regul. & illiteratos, & imperitos ecclesiarum rectores, ut coadiutores accipiant, cogere potest, ex eodem Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de refor.

DECISIO VI.

Ex Consil. 5. deest in Nouis.

Episcopus aliquos ordinari prohibens propter aliquos defectus, si postea eos ordinet, nesciens an patientur illos, quos scite per mendacium celauerit, in foro exteriori intentionem eos ordinandi habuisse, presumitur ca. 1. de eo qui furt. ord. suscep. cum in dubijs pars benignior amplectenda, & credenda sit. c. In penis, de reg. iur. & occulte indignos ordinare non intendens, peccaret, cum ad ipsum occulta crimina, quae nescit, nec scire

tenetur, nec probare potest, punire non pertineat. Arg. c. si tantum, & c. placuit, 6. q. 2. & c. erubescant. dist. 32.

DECISIO VII.

Ex consil. 6. alias 1. de eo qui furtim ord. suscepit.

Ordinatus ad ordines sacros ante legitimam iratam, mentitus illam Episcopo interroganti, an iratam legitimam haberet, si postea Episcopus ordines collaturus protestetur ore, & mente se non intendere ali quem huiusmodi defectum patientem ordinare, vere ordinatus non est, sed denuo ordinari debet, cum intentio ministri in Sacramento conficiendis omnino sit necessaria ex Cont. Tri. sess. 7. can. 11. de Sacram. in genere, & S. Thom. 3. p. q. 64. art. 8. & 10. Secus autem si protestatio huiusmodi sit tantum facta sit, ad arcendum audaciam accedentium illegitime ad ordines accipiendos; & in dubio praesumendum est, habuisse intentionem ordinandi accedentem, cum tali defectu, etiam si mentitus fuerit se habere legitimam iratam, c. 1. de eo qui furt. ord. suscep.

DECISIO VIII.

Ex cons. 7. deest in Nouis.

Episcopus vetans ordinari aliquos patientes defectus Natalium, aetatis, vel excessum censuratum, excommunicationis, interdictionis, suspensionis, irregularitatis, vel alterius inhabilitatis, aut cuiuscunque peccati mortalis, eo animo tantum, ut abstinerent se ab ordinibus suscipiendis propter obedientiam, non autem animo nullatenus ordinandi, si non obstante prohibitione eius accedant ad ordines suscipiendos, vere ordinati sunt, c. Si quid inuenisti. 14. q. 5.

DECISIO IX.

Nullus defectus bonitatis, aetatis, vsus rationis, aut sciētie, sed neque aliquis alius praeterquam sexus virilis & baptismus, impedit characteris ordinis impressionem in anima eius, si Episcopus intentione ordinandi habeat, ut ait S. Th. 4. d. 25. q. 2. art. 6. adeo ut infans in cuius exitibus coniugatus, & illiteratus modo sit masculus, & baptizatus characterem ordinis accipit tam facti, quam non facti etiam si prepotere maiores, priusquam minores ei consecrantur. Arg. c. 1. de cler. per salt. prom. & c. sollicitudo dist. 52. nec amplius ordinandus est.

DECISIO X.

Ex cons. 8. alias 2. de eo qui furtim ordines suscepit.

Episcopus generalem ordinationem facturus, & prius edicto statuens, ne qui ab haereticis originem ducerent ad ordinationem accederent praesumerent, si eo non obstante quispian auos haereticos habens ordines accipiat, vere ordinatus censetur, eo quod infidelitas praecedens etiam eiusdem ordinandi vel beneficio donandi, regulariter promotionem eius non impediatur, c. 1. cum sequ. de recrip. nec in ordinante defectus intentionis praesumi debet, non solum quia aliud est, quod Episcopus aliquos indignos ordinari prohibeat, & aliud quod ei desit intentio ordinandi tales, si se illi eorum indignitatem ignoranti ordinandos offerant, & a separatis non fir illatio. c. Ad audientiam, de decim, sed etiam quia per talem praesumptionem praesumeretur Episcopum deliquisse, cum non possit ipse iure repellere ordinandum ex eo, quod a talibus parentibus defenderet, cap. statutum, de haer. in 6. & in dubio non est de aliquo, maxime de Episcopo, praesumendum delictum, c. 2. de reg. iur.

DECISIO XI.

Ex cons. 9. alias 8. de Sacramen. non iterand.

Ordinatus ad quatuor Minores ab aliquo presbytero, dicente se habere facultatem id faciendi a Papa credente id populo quadraginta circiter annis, quibus id publice faciebat, & antequam sacros ordines ab Episcopo postea susceperat, beneficium obtinuit, ab Episcopo tollerari potest, nec dispensatione indiget, cum per malum ordinum Minorum assumptionem non incurrat quis ipso iure suspensionem, licet suspendi mereatur, cap. vel non est compos. de tempor. ordin. si scienter id faceret, debet